



Kern 86
(1-54; a-g)

LECTIONES
Pro-Rector, Director & Censurarius

IGISM. IAC. BAUMGARTEN & D. POT. VIII. PRAESIDIUM
HENRICHUS BOEHMER
CHRISTIANVS L. S. DE WOLFF
MAGISTER

INDEX LECTIONVM

QVIBVS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE HIBERNVM
ANNI MDCCXXXVIII.

OCCVAVNTVR
PRO-RECTORE
SIGISM. IACOBO BAUMGARTEN,
S. S. THEOLOGIAE DOCTORE, EIVSDEMQUE PROFESSORE PVBLICO
ORDINARIO, SEMINARII THEOL. DIRECTORE, REGIARVM MEN-
SARVM EPHORO, SOCIETATISQVE SCIENTIARVM
BEROLINENSIS MEMBRO.



P.P. die xxvii. Sept. MDCCXLVIII.



Hale Magdeburgicae, typis HENDELIANIS.

IGISM. IAC. BAUMGARTEN & D. POT. VIII. PRAESIDIUM
HENRICHUS BOEHMER
CHRISTIANVS L. S. DE WOLFF
MAGISTER



LECTIONES

Pro-Rectoris, Directoris & Cancellarii:



SIGISM. IAC. BAVMGARTEN b. c. D. hora VIII partem priorem *theologiae dogmaticae* pertractabit; atque hora XI *theologiae moralis* explicationem concinuat.

IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER IC. habita senectutis ratione, quae remissionem aliquam a laboribus indulget, hora IX matutina, priuata cura, vnicuique per hoc semestre spatium sollicitus erit de doctrina iuris canonici, penitus, quam vulgo fieri solet, exponenda & quidem secundum *institutions iuris Canonici* a se editas, in quibus systema tum *iuris papalis* tum *ecclesiastici protestantium* succincte traditum est.

CHRISTIANVS L. B. DE WOLFF Hor. XI antemerid. & III pomerid. commentabitur in praclarum GROTII opus de *Iure belli & pacis* in gratiam eorum, qui in Iure Naturae & Gentium doctrinam solidam vsuque probatam curae cordique habent. Hor. IV autem *Metaphysicam* explicabit, solida omnium scientiarum fundamenta iacturus.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS in enarrandis *Psalms Christum canentibus* perget; *Petrique posteriorem & Iudae* epistolam interpretabitur. Praeterea horis *paraneticis* Pauli *epistolas pastorales & asceticas* illam ad *Ephesios* illustrare & praeter vitam Christianae ac ministerii ecclesiastici adcommode perget.

D. CHRIST. BENED. MICHAELIS *publicis* praelectionibus dulcissimum *Psalmorem* Davidis librum hora III. *privatis* vero, singularis momenti epistolam ad Romanos, & si fieri possit, priorem ad Corinthios, hora IX. explanabit.

BENED. GOTTLIB CLAVSWITZ *publice* H. X. *Theologiam foederalem & Typicam* & in illa doctrinam de foederibus Dei, periodos Oeconomiae veteris testamenti, & typos declarat. *Privatim* H. IX. *pericopas euangelicas* tractatione exegetica & homiletica explicabit. H. III. *Institutiones homileticas* praeleget. H. IV. perget in *Theologia dogmatica*. Diebus vero *Mercurii* H. II. exercitium *disputat*. concinuat.

IO. HENR. CALLENBERG *publice* hora II - III. diei lunae scholam habebit *isagogicam*, qua in *theologiae theticae, moralis, antiethicae* & reliquarum disciplinarum theologicarum studio recte versandi ratio ostenditur. Porro hora III - IV. diei lunae, martis & iouis *Epistolas apostolicas ad Ephesios, Philippenses*, posteriorem ad *Timotheum*, ad *Titum, Iohannis & Iudae*, item *Apocalypsin* praelectione cursoria explanabit. Exercitationes etiam *antiudaicas* profuequetur.

IOANNES GEORGIUS KNAPP h. v - VI. vespertina perget in explicanda *historia ecclesiastica N. T.* Deinde *epistolam posteriorem ad Corinthios* explanabit hora in tempore definienda. Denique die *Domini* hora v - VI. concinuat *asceticam tractationem* epistolae posterioris ad *Timotheum*.

I V R I D I C A E.

D. IACOBVS GABRIEL WOLF, *publice*, hora X. STRVVI *iuris prudentiam Romano-Germanicam forensis*, sex per hebdomadem diebus, ea, qua par est fide atque industria, interpretabitur. *Privatim* vero, hora VIII. matutina, *institutions suas iuris prudentiae naturalis, tum priuatae, tum publicae*; (in Bibliopolio Bierwirthiano prostantes;) porro hora XI. *praenissa historia sua iuris publici*, (quae ex officina libraria Rengeriana iam iam prodiit,) V. C. IO. IAC. MASCOVII *principia iuris publici* I. R. G. hora denique III. *elementa sua iuris feudorum, tum prouincialium, tum imperialium*, (quorum copiam dabit Orphanotropheum,) commentationibus vberioribus, pari ratione, illustrabit. Initium, finit nundinis Lipsiensibus, die XXI. mensis Octobris, A.S.N. facturus.

CAR. GOTTLIEB KNORRE exponet hora XI. *Institutiones Iustinianeas* ad filum *Elementorum* b. m. HEINECCI, hora vero X & II. interpretabitur *Pandectas Ludouicianas* adiectaeque *ius nouissimum CODICE FRIDERICIANO* sancitum. Rogatus denique speriet *collegium practicum elaboratorium*, ad ductum *der Gründlichen Anleitung zum Gerichtlichen Proceß*, quae profat in *Officina Rengeriana*, simulque *principia artis relatoriae* traderet.

IO. SAMVEL FRIDERICVS BOEHMER IC. per instans semestre explicabit *principia iuris criminalis* secundum *Elementa* sua hora VIII. *Pandectas* secundum compendium domini parentis hora X. & II. porro *institutions* secundum *Elementa HEINECCI* hora XI. denique *ius feudale* ad ductum compendii STRVVIANI a C. HELLEFELDT editi. Initium facturus finit nundinis Lipsiensibus.

IOAN.

IOANNES TOBIAS CARRACH priuatim 1) *Institutionum Iustinianearum textum* ita explicabit, vt simul *Differentias Iuris Romani & Germanici* tradendo auditores ad genuinam *praxin forensem* praeparet hora XI. Pari modo 2) *Ludouici Doctrinam Pandectarum* interpretabitur horis confuetis X. & XI. Commentabitur quoque 3) ad PERILL. DNI BOEHMERI *Tractatum de Actionibus* hora VIII. Nec non collegium *Processuale elaboratorium* 4) civile VI & 5) *criminale* concedet. Dnis Commilitonibus, quibus hac de re & imprimis de hora cum eo conuenit, quamobrem vt ipsum ante collegii initium adeant humanissime rogantur. Initium collegiorum & publicas lectiones ex tabulis indicabit.

DANIEL NETTELBLADT priuatim docebit 1) *Ius Canonicum* praeuente ENGAVIO hor. VIII; 2) *Ius naturae vniuersum*, ad ductum sui *systematis elementaris vniuersae iurisprudentiae naturalis* hor. IX; 3) *Ius positium vniuersum*, secundum suum *systema elementare vniuersae iurisprudentiae positivae* hor. X. & hor. II; 4) *Ius publicum* SCHMAVSSIO duce hor. XI; 5) *Rem iudiciariam imperii* PÜTTERO in *conspectu rei iudiciariae imperii, sigillatim iurium ac praxeos amborum supremorum imperii tribunalium* praeuente hor. III. Publice vero perget die saturni hor. I. explicare sua Praecognita vniuersae eruditionis.

MEDICAE.

MICHAEL ALBERTI Publico officio ordinata serie solitaque constantia *Grauidarum Affectus* Pathologico-Practica tractatione continuabit. Priuato labore *Physiologiam Medicam* secundum conuenientiam & differentiam Mechanismi & Organismi in dies X ma ad X imam explicabit: *Semiologiam* porro cum Practica applicatione hor. p. m. Ilda pertractabit: auspicabitur hosce labores vol. Deo d. lunae X I. Octobr.

IO. VNCKER publicis horis medicamenta, quae in officinis composita prostant, ad ductus Dispensatorii Porusso-Brandenburgici iustrabit, & inutilis farraginis censione vtilium compositionum delectum adhibebit. Priuato studio fundamenta medicinae hora decima, vndecima vero therapiam tam generalem quam specialem docebit. Priuatissime collegium clinicum cum prouectionibus consueto more continuabit.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER, publicis in praedictionibus, duce BOERHAAVIO, exponet *fundamenta pathologico-semiologica*, horis & diebus confuetis. Priuato studio hora VIII. matut. *specialem*, & hora XI. *generalem* explanabit *Pathologiam*. Perget proinde in manu ductione ad *Praxin clinicam*, hocque labore absoluto, iisdem horis, partim *methodum praescribendi formulas* exponet, partim etiam *Collegium casuale clinicum*, vt quorundam Dnn. Auditorum desiderijs satisfiat, subiunget.

FRIDERICH XOFFMANN. Publice hora IX - X. *physiologiam* tradet. Priuatim vero hora X - XI. *chemiam* docebit, & hora XI - X II. collegium, quod agit de *methodo naturae & artis in medendo*, deque viribus remedium eorumque agendi modo inchoabit. Initium harum lectionum facturus finitis nundinis Lipsiensibus.

D. PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER publice perget in explicatione dispensatorii regii & electoralis Borusso-Brandenburgici, atque de medicamentorum, quae in officinis praeparata & composita prostant, viribus & vsu differet. Priuatis laboribus hora IX ad XI. instituet *praeparationes anatomicas*, simulque protectiones ad anatomiam practicam manu ducet: hora IIII. autem doctrinam de *ossibus* cum *demonstrationibus* iunget *anatomicis*.

PHILOSOPHICAE.

D. CHRIST. BENED. MICHAELIS, vltra Theologicas praedlectiones, in quibus simul philologiam cum Graecam tum Ebraicam diligenter adplicabit, hora X. prioribus hebdomadis diebus doctrinam de Accentibus Ebraeorum, posterioribus vero Arabismum, Erpenio duce, docebit.

MICHAEL ALBERTI in *Physica* institutione verum Sensum & Vsum *Naturae*, valde alioqui neglectum silentioque praetermissum, solide ac perspicue indicabit publico munere hor. & d. confuetis. Priuato opere dieb. mercur. & saturni hor. VIII. Collegium Logico-Disputatorium b. c. D. auspicabitur.

IOANNES IOACHIMVS LANGE publice hor. IV. *Mathesin puram*, h. e. *Mathesin Vniuersalem*, *Arithmeticam*, *Geometriam* atque *Trigonometriam* demonstrabit. Priuatim h. II. *Mathesin applicatam* in disciplinis Mechanicis, Opticis, Astronomicis, Architectura ciuili atque militari docebit. *Physicam dogmatico-experimentalem* h. I. & *Historiam naturalem* per tria regna naturae ad ductum *systematis Linnaeani* die saturni h. I - IIII. & explicabit.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER, publice pertractabit *Cosmologiam*, priuatim autem *Physicam dogmaticam* tradet, horasque laboribus hisce destinandas finitis nundinis consueto e loco significabit.

DANIEL

DANIEL STRAEHLER de se promittit, quicquid vires a *hemiplexia* difficili valde adhuc attritae praestare poterunt. Significabo lubens si audere aliquid & ad labores redire licerit.

D. FRIDERICVS WIDEBVRG ab XI--XII. qua par est, industria ac fide docebit *Ius Publicum S. R. I.* a III--IV. tradet *Historiam Imperii Germanici*, vsumque eius insignem in Iuris Publici disciplina ostendet: a IV--V. proponet *Historiam Vniuersalem*, ac notitiam Europae regnorum & rerum publicarum pragmaticam dabit: denique eorum etiam consulat studiis, qui humanioris literaturae institutiones atque exercitationes desiderabunt. Initium erit finitis nondinis Lipsiensibus d. 21. Octobris.

THEOD. CHRISTOPH. VRSINVS, per instans semestre hibernum, hora II--III. alteram *Cursum philosophici* partem duce S. R. WALCHIO tradet; hora III--IV. *Collegium Encyclopaedicum* aperiet ad ductum B. SCHMEITZELII *Versuch zu einer Historie der Gelehrtheit*; hora IV--V. B. HEINECCIUS Elementa philosophiae rationalis & moralis interpretabitur.

IO. HENR. CALLENBERG in scholis theologicis simul fructuosiora *historiae litterariae & philologiae* interferet capita; paratusque est ad impertiendam literaturae rabbinicae institutionem.

IOANNES FRIDERICVS STIEBRITZ per semestre hibernum publice ad nonnullorum vota *oeconomiam rusticam* quam diligentissime tractabit. *Privatim* lectiones cursorias in *novi foederis libros*; nec non *Logicam*, & *Metaphysicam*, praeunte Per-Illustri huius academiae Cancellario, L. B. DE WOLF, proponet.

EXTRAORDINARIAE.

D. IOANNES FRIDERICVS IOACHIM, Iur. & Hist. Prof. publice hora VIII. matut. B. HEINECCIUS *Historiam iuris* explicabit: *Privatim* hora X. V. C. WOLFFII Elementa iuris feudorum; hora XI. V. C. MASCOVII Principia iuris publici; hora III. SCHMAVSSII compendium *Historiae Sacri Rom. Germ. Imperii*, & hora IV. librum suum: *Einleitung zu den Geschichten der Europaischen Königreiche*, interpretabitur. Collegio autem Diplomatico qui cupiunt interesse, vt ante collegii initium nomina sua nobis dent, humanissime rogantur. Flagitarunt quoque nonnulli Collegium *Historiae Borussiae-Brandenburgicae*: quorum desiderio non deerit, si numerus auditorum adit instituto aptus.

D. HENR. BASS publice *Oculorum Affectus* d. merc. & saturn. hor. X. & *Chirurgiam manualem* continuabit *privatim* hor. I. Deinde *Praxin* praeleget medicam cum Cautelis & Selectioribus Remediorum Formulis hor. IV--VI. Denique Collegium de *praescribendis Remediorum Formulis* aperiet hor. XI. Initium Lectionum e valuis significabit publicis.

IO. GOTTLÖB KRÜGER in explicando atque edendo libro, qui *pathologiam* tam *generalem* quam *specialem* complectitur, perget. Demonstrabit praeterea 1) *mathesin puram*, 2) *mathesin applicatam*, 3) *physicam dogmatico-experimentalem*, & 4) *physiologiam medicam*. Ofert denique medicinae cultoribus *exercitia in disputando*. Horas e valuis publicis significabit.

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI per instans semestre hybernum *Fundamenta Botanica* & *Historiam Litterariam* publica tractatione explicabit. *Privatim* vero *Physiologiam* illustrabit. Initium harum lectionum ex valuis erit indicandum.

D. FRIDERICVS LEBERECHT SVPPRIAN per hoc instans semestre hibernum de sensibus internis publice aget. *Privatim* autem B. SCHVLZII *Physiologiam* & *Pathologiam* explicabit. Initium harum lectionum ex valuis erit indicandum.

CHRISTOPHORVS CAROLVS STRVMPFF publice botanices *historiam* praeunte Cl. LINNAEO praeleget; *privatim* duce B. SCHVLZIO materiam medicam tradet, & *cursum medicum* auspicabitur. Horas his laboribus destinatas suo loco & tempore significabit.

D. IVSTVS ISRAEL BEYERVS, P. P. auspice Deo, tria ista praeterito mense iam inchoata collegia epistolica sedulo continuabit; h. VIII. aliisque Dominis Auditoribus forte commodioribus horis sic dictam *epistolographiam* denuo inchoabit; h. XI. rationem dicendi, seu *oratoriam* docebit; desideratas lectiones *poeticas* haud recusabit; artem, quam uocant, *Notariatium* monstrabit; *stylum*, non minus *Germanicum* quam *Romanum* cum litterarum elegantiorum cultoribus exercebit; nec cuiquam deerit, qui separatim *carmina*, *orationes*, epistolas cet. quavis data occasione ab eo exposcent; de quibus omnibus plura coram.

GE. FRID. MEIER interpretabitur hor. IX--X *Metaphysicam* Cel. BAVMGARTEN. II--III *Logicam* perill. L. B. DE WOLF. III--IV *Ethicam philosophicam* Cel. BAVMGARTEN; publice vero docebit *Hermeneuticam vniuersalem* hor. X--XI *dierum Mercurii & Iouis*.

☆☆ ☆☆ ☆☆



INDEX LECTIONVM

QVIBVS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE HIBERNVM
ANNI MDCCCXXXVIII.

OCCVPABVNTVR
PRO-RECTORE
SIGISM. IACOBO BAVMGARTEN,
S. S. THEOLOGIAE DOCTORE, EIVSDEMQUE PROFESSORE PVBLICO
ORDINARIO, SEMINARIJ THEOL. DIRECTORE, REGIARVM MEN-
SARVM EPHORO, SOCIETATIS
BEROLINENSIS



P.P. die xxvii. Sept.



Hala Magdeburgica, typ

